

Symma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qua Distincte Et Succincte Explicantur,
quae ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Commentarius In Regulas Juris Pontificii, Quæ In Libro Quinto, Et
Sexto Decretalium Continentur

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1659

Regula XXXVII. Vtile non debet per inutile vitiari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61853](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61853)

6. Perinde fuerit etiam, fructum ex illa percepit, vel non percepit. *l. I.*
§. ex die, tit. de vi, & vi armat à l. Certum C. de rei vendic. Nam si malæ fidei possessor fuit, tenetur etiam de fructibus, quos non perceperit, & quos diligens patersam percipere potuisse. 7. Ad illum extendi debet, qui non dolo, sed lata culpa desit possidere. Ea enim regulariter, (exceptis causis capitalibus) dolo & equiparatur. *l. Mulier. §. Sed esti. tit. ad S. C. Trebellianum. Gail. l. 2. obs. 110. n. 2.* 8. denique idem in beneficiis Ecclesiasticis locum haberet. Nam qui dolo possidere desinit unum, ut obtineat alterum, re cognita pro posseffore duorum condemnabitur. *Rebuff. in Tract. nominationum. q. 9. n. 19.*

III. Objicitur, inter possessorem, & eum, qui possidere desit, multæ differentiae sunt, quo modo igitur & equipari possunt? Differunt 1. qui verè possidet, directa actione convenit, qui desit possidere, utili tantum. 2. Qui possidet, legis sublido defendit, habetque exceptionem ad quos,

cunque non dominos, quavis ipse mālæ fidei possessor sit. Illi verè, qui de-
 sít possidere, lex non succurrat. 3. pos-
 sessor de re ipsa, désinens possidere de
 pretio illius, & valore cōvenitur.

R. Quemadmodum fictio, & Veritas differunt, licet hujus vicem illa sup-
 pleat, ita effectus illarum diversi esse
 possunt, ubi ratio aliqua suadet. Iam-
 que dolus vitium est legibus, & aequita-
 ti inimicum, meritò punitur in illis,
 qui malum creditoribus suis machi-
 nantur. Quæcunque igitur contra eos
 constituta sunt, in ultione in fraudis
 tendunt, nec ulla ratio permittit, ute-
 dem cum veris possessoribus libertate
 gaudent. Quod si etiam mala fidei
 possessor legibus juvatur, ad commo-
 dum Actoris, & facilitatem recuperan-
 di amissia pertinet. Breviter, qui dolo
 possidere desit, pro possesso habetur
 in sui damnum, non verè cōmodum,
V. Io. Andr. in Gloff. Dynum in Reg. Bona fides infra. Bartol. in l. Quoties. tit. si sa- mil. furt. fec. dicatur.

REGVLA XXXVII.

Vtile non debet per inutile vitiari.

I. **N**utile h̄c dicitur, quicquid est, contra legem, vel naturam ejus rei, de qua agitur, & latissimè vagatur per materiam contractuum, testamen- torum, litium, judiciorum, constitutionum, electionum, promissionum, & similiū: indeque, ut *Dynus* notat, innumerabilia exempla prostant. Paucis

illustrabimus. 1. Si electio prælati, vel Episcopi valida secundum Canones fuit, per falsam, & inutilē confirmationem non irritatur, sed manet in suo robore. 1. si confirmationem deelet. 2. donatio ultra 500. aureos vitiosa est, quod prohibita. 1. *Sancimus. C. de donationibus.* Excessu sublato manet summa

summa quingentorum licetē facta. 3. ad contractum pupilli auctoritatem prae-
buit unus tutor falsus, & alter verus:
propter hunc censetur validus contra-
ctus, quia utile per inutile non vitia-
tur, intellige, quando inutile ab utili
separari potest. *Exemplum vide.* Aqua
putei quoad usum separari non potest,
pecora inde haurientia separari pos-
sunt. Tu plura, quam oportet, pe-
cora ad aquatum ad meum puteum du-
cis, tollo, quæ numerum superant. Du-
cis non plura, sed infecta, non separo
quam putei, sed claudio. Item emisti
censem pretio excessivo, ex centum
sex, aut plures florenos paciscendo:
contra Imperii leges actum est. Tolle
excessum, in pretio 6. florenor. consta-
bit pactum. *Gaill. l. 2. obs. 5. l. 1. §. Tre-
tatu. tit. de aquâ quotid. & astiva. V. Al-
iatus Tom. IV. pag. 120.*

Ratio non una datur. Primò enim
communi agentium, & contrahentium
seni obtinet, ita interpretandam esse
dispositionem, ut portius valeat, quam
irrita sit. Tollatur ergo, quod inutile
est, & maneat utile. 1. *Quoties. tit. de re-
bus dub. c. Abbate. de verbis. signif.* 2. quod
dignus, & potentius esse, ad se trahit,
quod minus dignum, & validum. Ut
tilla verò magis digna est nemo ignorat.
3. Naturam imitari convenit, quam
cernimus rejicere impertinentia, & invi-
tilia, reliquis conservatis. 4. Tacitus
contrahentium consensus esse præsu-
mitur, ut si quid minus idoneum in-
tervenierit, pro nullo habeatur, nec id-
eo actus pereat. Denique alia sèpè a-
ctus, qui per se, subsistere potest ex le-
vi causa annullaretur. 1. 1. tit. de verb.
oblig. *Vivianus hic.*

II. Amplia 1. ad personas. Nam si
in una persona visagendi deficiat effe-
ctus subsistet in alia, ut si unus tutor
verus sit, & alter falsus, hujus defectus
non perdit robur alterius, neque gesta
invalidat. 2. Quomvis aliquo modo
resistere videatur tacita voluntas agen-
tis. Nam si Monachus in professione
sua per paetum aliquid ex bonis refer-
vare nitatur, facturus professionem
nihilominus, rejecto paeto valida erit
professio. *Barb. in c. Cum ad Monasterium.
de statu Mon.* 3. Valet etiam in rebus
Ecclesiasticis. Prælatus servum Eccle-
siæ manumittit, quod suppono licitum,
simul eidem prædium donat, quod ju-
re vetitum: hoc sublatu validu est ma-
numissio. Item si ultra triennium fa-
ciat locationem, rejectis annis imper-
tinentibus valet trienni spatio, uti con-
stitutum est. 4. Etiam contra Princi-
pem & Magistratum. Sub pena con-
fiscationis vetitum est frumentum eve-
here: quidam cum frumento vinum
evexit, hoc relicto solum frumentum
fisco cedet. Eadem ratio in aliis pro-
hibitis mercibus est. 5. Idem in rebus
impossibilibus accedit, ut quæ natura,
vel jure impossibilia sunt, non vitient
ea, quæ sunt possibilia. Vnde dispo-
sitio, promissio, & votum de re partim
possibili partim impossibili, quoad
partem possibilem adimpleri debet.
*Baldus ad l. 1. tit. de condition. instituio-
num.* Eadem ratio in aliis omnibus est,
in quibus tacite subintellipitur. *Modo
res dividua sit. V. Sanch. l. 9. de Matrim-
d. 35.*

III. Objic. 1. Multi actus vitian-
tur per appositionem certæ condicio-
nis

P 5 nis

nis, veldiel. Vtile igitur per inutile
vitiari potest. Ejusmodi actus est ele-
gio, postulatio, matrimonium, & sim.
Dynas ad Reg. 50. infra. Actus legitimis
conditionem non recipiunt, neq; diem.

R. Ex Notatione prædicta. Ejus
generis actus non sunt dividui, & deil-
lorum essentia est, ut absque conditio-
ne, & tempore siant. Ridiculum sanè
est dicere, Contraho matrimonium
pro die ultimo mensis Augusti, ut tunc
primum valere incipiat. *V. Dym. l. cir.*

Obj. 2. Inter duos stipulantes unius
idonea interrogatio, per incongruan-
terius responsum omnino destrui-
tur & impedit stipulationem. *l. I. tit.*
de verb. obligat.

R. Cum secundum Philosophos for-
ma det esse rei, minimè illius defectus
nocet tam in naturalibus, quām mora-

libus. In stipulatione ut legitima sit,
utriusque partis debita sponsio requi-
ritur: quod si una defecerit, non tam
vitiabit actum, quām ne fiat, impe-
diat.

Idem dicendum est de electione Epis-
copi, quam irritant electores non le-
gitimi: compromissis item, ac similis-
bus partis, quæ certis quibuldam legi-
bus, & conditionibus alligantur, & eis
rum defectu vitiantur. *V. Baldum cum*
10. casibus pro affirmativa & negativa par-
te. & Decium in l. Ceti i conditio tit. si cer-
tum petatur. ¶ Quoniam. Molin. de primo
gen. l. 1 c. 2. n. 28. Layman l. r. trad. 5.
part. 2. c. 2. n. 13. & tract. 4. c. 19. num. 7.
Card. Tuscb. lit. V. Conclus. 373. Tra-
quell. de Recrattatu tit. 1. ci. fin. Barbosa
axiom. 231.

REGVLA XXXVIII.

*Ex eo non debet quis fructum consequi, quod misus extitit
impugnare.*

I. **H**ec Regula spem commodi &
lucri illis admitt, qui non ra-
tione officii sui, sed quia injustam
esse existimant rem, de qua agitur,
illius causam, seu fundatum sub-
ruere nituntur, non autem illos, qui
ad id certa ratione ducuntur, quem-
admodum in exemplis videre est.
Nam 1. Si tu Sempronii testamentum,
in quo legatum habes, vel ut inoffi-
ciose l. viter, ac temere impugnes,

carebis eo, quod inibi assignatur. *l.*
Papinianus. tit de inoff. testam. 2. Qui
Decretales Summi Pontificum
non esse authenticas dixit, pro se
nullam allegare, & subsidium ex ea
sperare debet. c. Quo iure. Dis. l.
3. Compositionem beneficiorum si
oppugnare quis ausus fuerit, bene
ficium ex ea non reportabit. c. Cum
olim. De censibus. Idem dic de qualis
bet Contractu, instrumento, te-
stibus,